

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione  
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &  
benedictae Matris eius meditatione**

**Arias, Francisco**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Cap. VIII. In hoc sancto exercitio voluntatis affectum iungendum esse cum  
consideratione intellectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](#)

D  
est in  
verum  
eam se  
tur.  
ia hoc  
nent,  
modi  
ceri de  
tura, su  
cordis  
lat ad p  
nionem  
terioris  
uocat, p  
nam ma  
illam a  
mittere  
dam in  
luntatis  
lis spiri  
sursum,  
Hæc  
que arde  
sones, e  
in coel  
vt idem  
admodu  
niente  
licum e  
seccleri

44 EXERCIT. FRANC. ARAM  
porales modestè in terram densè  
teneat, spiritales verò animi in Deum  
erigat. Quoties colloquia insinuerit  
negotia tractabit cum hominibus  
considerationis oculum desigat  
de quibus loquitur, alterum venient  
ijciat in Deum, & eius fauorem implo  
ret. Si in morbum incidat grauiter  
consuetum orationum pensum  
uere nequeat, ne angatur, seu  
loco crebrius cor suum ad Deum  
uet, inuocando illum, & desiderando  
illi exponendo, atque hoc vincere  
re, sit contentus & quietus: sic  
supplebit omnium meditationes  
giorum, aliorumque operum bus  
quæ requirunt integras corporis  
res, defectum. Sic faciebat sanctus  
Propheta cùm diceret: Nomen tuum  
memoriale tuum in desiderio anime  
mea desiderauit te in nocte: sed et  
meo in præcordijs meis de manu regis  
ad te.

Ipsa. 26.

CAPVT VIII.  
In hoc sancto exercitio voluntatis  
iungendum esse cum consideratione  
intellectus.

IN hoc sacro, diuinoque exercitio  
non solum intellectus occupando

DE PRAESENTIA DEI. 48

est in contemplanda diuina præsentia,  
verum etiam voluntas , vt affectu in  
eam feratur, eamque quasi compleatatur.  
Et quoniam voluntatis actiones  
in hoc exercitio principem locum te-  
nent, speciatim declarabimus, cuius-  
modi actiones sint, & quomodo exer-  
ceri debeant. Nam, vt ait S. Bonauen-

In Epist. 25.  
memoral. 6.

tura, sunt quasi motus, & inflammata  
cordis desideria , quibus anima anhe-  
lat ad perfectam in amore cum Deo v.  
myst. Theol.

22. Et in  
via tertia.

nionem, igniti mētis affectus, viua in-  
terioris hominis suspiria , quibus in-  
uocat, prouocat, commouet que diuina  
majestatem, vt se ad consummatā  
illam amoris sui coniunctionem ad-  
mittere velit : sunt denique pia quæ-  
dam incitamenta & affectiones vo-  
luntatis, quibus anima nostra velut a-  
lis spiritualibus euolat , & attollit se  
sursum, vt Deo appropinquet.

Hæc vehementia desideria, affectus  
que ardentes, cordis vocantur aspira-  
tiones, quibus anima è terra se attollit  
in celum, hoc est, aspirat in Deum: nā,  
vt idem Bonaventura loquitur, quem-  
admodum respirando nulla interue-  
niente deliberatione trahimus anheliti-  
cum ex intimis corporis visceribus:  
siccelerrime , & nulla quasi delibera-  
tio-

46 EXERCIT. FRANC. ARAB.  
tione antegressa aspirando ad Deum  
trahimus inflammatu quædam desideria ex intimis cordis penetralibus  
ut Deo intimè coniungamur.

Has aspirations, vel affectus  
flammatos cordis homo imprimat  
clarat breuibus oratiunculis, &  
vocamus iaculatorias: sunt enim  
quasi tela vel sagittæ ignitæ cum  
pectore profectæ, deinde & leviter  
etis quibusdam colloquiis, quibus  
ma cum Deo quasi præsente influuntur.  
Dicuntur autem colloquia, quibus  
ut anima alloquitur Deum per  
desideria, sic Deus vicissim loquitur  
cum ipsa anima, radijs quibus  
diuinis illam collustrando, inspi-  
tiones sanctas ei communicando,  
magis magisque affectus voluntatis  
incendantur. Neque vero hanc  
debet interna illa suspiria, infun-  
dantur, sed potius à diuina gratia  
rato aliquo studio adhibito, ex parte  
Quamvis enim homo cooperari  
cum Deo facere debeat, quod in  
tamen præcipue pendere debet  
pe diuina, pieque & humiliteran-  
te impetrare, quod ex parte sua delectari  
posset.

DE PRAESENTIA DEI. 47

Etenim, ut alibi docuimus, in ser-  
vicio diuino tres sunt viæ, vel tria Ex-  
ercitiorum genera. Vna est, perti-  
nens ad incipientes, dicta Purgatiua.  
Altera, ad proficienes, dicta Illumina-  
tiua. Tertia Vnitiua, pertinens ad  
perfectos. Haud secus sunt quædam  
aspirationes, quæ valent ad purga-  
dam à vitijs affectionibusque terre-  
nis animam, & sunt viæ purgatiuæ. A-  
liæ valent ad consequendas virtutes,  
& sunt viæ illuminatiuæ. Aliæ ad  
impertrandam perfectam vniōnem  
animæ cum Deo, & sunt viæ perfecti-  
uæ. Qua de causa hoc loco com-  
memorabimus tria aspirationum, & ia-  
culatiorum orationum genera, ex  
sancti Augustini, aliorumque San-  
ctorum libris excerpta, vt unusquis-  
que conuenienter suæ dispositioni ad  
manum habeat orationes, quibus in  
hoc sancto exercitio diuinæ præsen-  
tiæ queat ad Deum aspirare. Neque  
idecirco volo vt his tantum vtratur:  
poterit enim vti quibuslibet alijs  
similibus: sed id tantum moneo,  
præstantiores efficacioresque eas ef-  
fe, quas quisque à Deo motus ex cor-  
de suo exprimit, etiamsi non sint  
compositæ, sicut hæ. Nec item volo

ysur.

48 EXERCIT. FRANC. ARIAS  
vsurpari omnes; liberum enim cuique  
est vsurpare quas velit. Et quamvis si  
sit nisi vna pro qualibet via; tamen, &  
crebrius magno affectu iteretur, suffi-  
ciet ad capiendum huius sancti exer-  
tij fructum. Facile autem poterunt  
memoria recitari, si saepius perlege-  
tur & repetantur.

CAPUT IX.

De aspirationibus, orationibusque iacu-  
tis attinentibus ad viam Pw.  
gatiuam.

**A** Spirationes conuenientes  
purgatiuæ sunt haec: Domine  
Iesu Christe, Deus meus & Sa-  
uator meus, qui ad saluandos pecca-  
tores in mundum venisti, ignosce me  
& salua me. O Deus meus, quid aga-  
quid dicam? peccavi coram te, & o-  
tra te benignissime creator, & deu-  
me redemptor, miserere mei Domine.  
Agnosco Domine scelera mea, et  
confiteor, condona illa. Destitutus  
Domine, omni pietate, vilissimus  
infirmissimus peccator sum, b  
sum, nihil ex me valeo, adiuua me  
mine, & miserere mei. Utinam, Do-  
mine, nuncquam te offendisserem. Vnde  
dolor